



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 90. Boncompagni Cardinalis mors.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Pio V. rursus in Gallias ad Carolum IX. **Sæcul. XVI.**
 missus in itinere Taurinum pervenit, **A.C. 1586.**
 ubi summi Pontificis nomine Carolum
 Emanuelem Sabaudiæ Ducis Filium e
 sacro fonte suscepit. Denique ob præ-
 clara obsequia sacræ Sedi sub pluribus
 Pontificibus præstata a Gregorio XIII.,
 qui septima vice Cardinales creaverat,
 anno Salutis nostræ millesimo quingen-
 tesimo octogesimo tertio Romana pur-
 pura decoratus est, anno autem Do-
 mini millesimo quingentesimo octogesi-
 mo sexto septuaginta quinque annos
 natus die decima nona Februarii obiit,
 equidem Cenatenses cives ejus Ne-
 potem in Urbis suæ Episcopum a
 Sixto V. nominari petebant: ast hic
 idem Pontifex præfatam Sedem Anto-
 nio Mocenigo adjudicabat, defuncti-
 que Cardinalis Nepoti in Patavina Ec-
 clesia Canonicatum impertiebatur: in-
 super eidem Civitatís - Castellanæ,
 quæ ditionis Ecclesiasticæ urbs in Etru-
 ria sita olim Vejensis civitas fuisse cre-
 ditur, Ecclesiam Episcopalem admini-
 strandam commisit.

§. XC.

Boncompagni Cardinalis mors.

Alter ex Cardinalibus hoc anno de- **Ciac. t. 4:**
 functis erat Philippus Boncompag- **pag. 45.**
nus Gregorii Papæ Nepos, qui ab eo- **Aubery vie**
des Card. dem

Sæcul. XVI. dem Pontifice statim post obtentam Divi
A.C. 1586. Petri Cathedram anno post Christum
 natum millesimo quingentesimo septua-
 gesimo secundo Cardinalis creabatur,
 ac Tipherni Gubernator, Major Pœni-
 tentiarior, S. Mariæ Majoris Archi-
 presbyter, Carthusianorum, Carmel-
 tarum, Præmonstratenium, & Col-
 legii Anglicani, quod Romæ extat
 Protector, ac Tutor nominabatur, in-
 super pluribus Abbatii, & beneficiis
 ab eodem Papa decoratus, mox de La-
 tere Legatus Venetias decernebatur,
 ut Henricum III. e Polonia in Gallias
 ad ejus Regni gubernacula properan-
 tem, Pontificis nomine salutaret, Ro-
 manque invitaret, ubi novo honoris
 genere a Veneto Senatu exceptus est
 Dux enim sexaginta Veneti Senatus
 purpuratis eum comitantibus, & splen-
 didis quatuor primariis tritemibus ad-
 hibitis eidem obviam procellit. Inter-
 fuit is post Patrui obitum Comitiis, in
 quibus Petri Cathedram ascendit Six-
 tus V., sub quo septima Idus Junii an-
 no humanæ salutis millesimo quingen-
 tesimo octuagesimo sexto ætatis suæ
 octavo supra trigesimum, Romæ e vita
 migravit, in Ecclesia S. Mariæ Maj-
 oris ante B. Virginis aram sepultus.

Ceterum supremi Pœnitentiariorum
 dignitas, qua Boncompagnus fulgebat,

Aldo-

Aldobrandino raræ virtutis, & pro-Sæcul. XVI.
fundæ eruditionis Viro demandata est. A.C. 1586.

§. XCI.

Granvellani Cardinalis fata.

Tertius erat Antonius Perrenotus *Ciac. t. 3.*

Granvillianus Bisuntii in Burgun-^{pag. 925.}
diæ Comitatu natus ex Patre Nicolao, ^{Sanmarth.}
qui non tam generis nobilitate, quam ^{Gall. Christ.}
^{tom. I.} ingenii sui præstantia supremam Can- ^{Thuan. l. 84.}
cellarii dignitatem apud Carolum V.
Cæsarem promeritus fuit, & per in-
tegros viginti annos, atque usque ad
extremum vitæ suæ halitum gratia,
& benevolentia apud eundem Impera-
torem plurimum valuit, quod sane ra-
rum est fortunæ erga Principum clien-
tes constantis exemplum: porro Anto-
nius natu minor tam præclari Paren-
tis Filius ejusdem præceptis apprime
imbutus fuit, atque eodem modera-
tore insuper dexteritatem ad res felici-
ter gerendas oppido necessariam sibi
comparavit, insuper jam aliunde ex-
cellenti ingenii acie prædictus, intelle-
ctum suum scientiis, quas in celebrio-
ribus Europæ Academiis hauserat,
plurimum excolebat: unde ab Impera-
tore, cui hujus Viri merita satis per-
specta erant, ad Ministri Cæsarei ho-
nores evehebatur, ad quam dignita-
tem non tam Patris obsequia, quam

Hist. Eccles. Top. L. Ee pro-